



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Capvt III. De commutatione pœnitentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Ratio est, quia tota obligatio penitentis fundatur
in voluntate Confessoris quasi leg. statutoris, qui potest
voluntate præceptum, ut liber, moderari, hinc obiter colligimus
obligationem hujus gravis obligationis per nos non ori-
ginationem Sacramenti, quasi requirentis satisfactionem
pro sua parte necessario ponendam: ex hoc enim capite
est etiam obligatio sub mortali ad exequendam præ-
tulerunt levem pro levibus injunctam, sed origi-
s; est fatis-
ratione præcepti Confessarii, ad id potestatem habentis,
in statuam cit. sec. 7. n. 5.

Quæres, An opinio illa, quæ docet poenitentiam non tenei acceptare poenitentiam, sit probabilis? Respondo: post Tridentinum multis non videtur probabilis. Ee Victoria quidem apud Deugo *disf. de poenitentia*, *lib. 5. n. 88.* & Valquez aiunt, post Tridentinum, esse de fide quod Sacrosdos possit obligare ad aliquam poenitentiam; & Suarez dicit contrariam opinionem esse tentatariam. Aliis vero videtur etiam post Trident. esse certam, non videri Tridentinum damnare

prius
temeraria. *Sic* vult
probabilis : quia non videtur Tridentinum damnare
nullius opinionem, quam Doctissimi viri sequebantur.
Sic Scorus, Medina, Amilla, Silvester citi. Suario hic.
Adele Gabrielem, Tabienam, Navarrum, Hotiiens. &
Pasoritanum citat P. Antonio Sanctarell. in *manuscrip.*
de Sacramenti hic. Vide etiam Dianam 2^a par. iv. 1. Az-
sell. Ref. 52. & par. 3. Tr. 4. ref. 51. Ex qua opinio sequi-
tur quod si esset peccatis aliquis, qui nōlet acceptare,
paratus in Purgatorio solvere ; non esset ex hoc præci-
se censendus indispositus (nisi forte recusat peniten-
tiam etiam parvam esse signum non veri doloris) nec
propter hoc solum esset sine absolutione amittendus,
quia Equitur opinio quam tanti viri sequuntur. Cae-
tus citatur à Delugo disp. 25. de pen. sect. 5. n. 68. addit
non solum non esse obligationem sub mortali, acceptan-
di, sed nec implendi acceptatum : quod sanè est nimis
arbitrium dictum.

§ II. Quando debet Pœnitentiam adimplere Pœnitens?

Proest esse difficultas Primò, quantum temporis post abolitionem (nam sciti certum esse, posse in seculo ante abluionem; sic certum est, id non esse necessarium) Secundò, An in tempore, quo forte penitens sit in statu peccati mortalit. Tertiò, an in tempore, quo exercet aliud opus de præcepto: v. g. an possit recitare coramam injunctam ex penitentia, dum audit Sacram De præcepto Ecclesie?

9. Quoad Primum: per se debet adimpleri pœnitentia quando Confessor designat: licet faciliè excusari possit à mortali, dilatio talis temporis designati: quia communiter Confessarii præceptum cadit potius in rem exhibendam, quam in tempus. Quod si non designat, ut communiter fieri consuevit; per se loquendo, debet impleri quod primum commodè moraliter potest, si non videtur votum, aliaque similia: Ita Suarez cit. *hic* obligat tamen probabile cum Delugo d. 25. *scilicet* 3. de pen. num. 92. quod dilatio, nisi sit nimia, et ad longum tempus, & nisi ipsa dilatio minuat rem iustitiam, non sit mortalis: Sicuti idem dicitur à Delugo *ibidem*, de voto absque temporis determinatione emissio, quando dilatio tem promissam non minuit, ut minueret tardus ingressus in Religionem. Aliqui ut Antonius Fernandez in *instr. Conf.* 1. p. docum. 7. §. 2. n. 2. simpliciter, & absolute extendunt ita ejusmodi obligationem; ut censent esse unum annum posse differri: sicuti ad unum annum diffusi potest obligatio confitendi: quod tamen videtur nimis largè prolatum.

10. Quo ad Secundum, Dico posse adimpleri à peccatore dum est in statu peccati mortalis : Sic Delugon^{is} de p^{er}te, des^{us} 25. s^{ec} 3. & communiter : quia quamvis tunc non sit in statu meriti, tamen est in statu, quo potest præcepto Confessarii satisfacere.

Quoad Tertium, Potest Pœnitens solvere pœnitentiam quando exercet aliud opus de præcepto; si pœnitentia, & dictum opus non se invicem excludant: Si

Part II.

Castrop. *Tom. 1. Tr. de legibus disp. 1. p. 20. n. 1.* quare dum
audis Missam de præcepte; potest recitare v.g. Coronam
Beate Virginis impositam in pœnitentiam: non enim
hæc se excludunt, &c.

§. III. *An possit impleri poenitentia per alium?*

11. **C**um satisfactio sit personalis; communiter per scriptum illum penitens exhibere debet; nisi forte sit Eleemosyna, quæ talem rigorem non requirit. Vide Delugo *dis. 25. sec. 5. de pen. num. 79*. Si tamen iudicaverit Confessor, ex iusta & rationabili causa, expedire imponere satisfactionem implendam per alium, posse, non est improbabile. Ita Suar. *dis. cit. 28. de ven. sec. 9.*

12. Hanc inferuit illum, qui redditus est impotens ad penitentiam sibi impositam implendam, non teneat ad illam implendam per alium, etiam si commodè id facere possit. Sic Delugo *disp. 2, de pen. sec. 5, num. 87*. Ratio est, quia praeceptum non fuit de procurando alieno jejunio v. g. sed de jejunio proprio: quod cum poni non possit, cessat obligatio.

§. 1 V. *Ad quid obligetur Pœnitens si pœnitentia obliuiscatur?*

13. **E**odem modo, qui oblitus est poenitentiae sibi impositae, manet liber ab obligatione praecepti Confessarij quandiu non recordatur, & memore Confessarium consulere non potest. Ita idem *ibid.* Nec tenetur Confessionem repetere, ut iterum poenitentiam recipiat. Quae quidem vera sunt, etiam si culpabiliter, oblitus sit poenitentiae: tunc enim satis erit confiteri peccatum illius oblivioni culpabilis. Ita Vasq. *cit. q. 94. art. 2. dub. 4.* Ratio horum est, quia non potest tale praeceptum saltem sub mortali obligare, quam caeterae leges, ac praecepta, ut supra dictum est, quae dum ignorantur, obligare nequaquam possunt.

§. V. *Qua ratione obligetur Pœnitens ad circumstantias operis imposui à Confessario?*

14. **S**i impolitum sit v. g. recitare aliquot Coronas ante talem imaginem, vel flexis genibus; an satisfaciens penitens ante aliam imaginem, vel stando, &c. Distinguitur cum Delugo *cit. n. 93.* sicuti solet distinguui de voto cum Sanchez *l. 4. in Decal. c. 12. num. 1.* Quando enim res promissa est gravis & circumstantia levis, ut communiter est, in dicto casu, de recitatione coronarum ante talem imaginem; obligabitur penitens ad illam circumstantiam, solum sub veniali; at quando circumstantia est gravis, ut si in tali imagini esset particulare obsequium, propter concursum, vel aliud simile, ut etiam alicui videretur esse in recitatione coronatum flexis genibus; tunc obligabitur etiam ad illam circumstantiam sub mortali. Atque hinc etiam colliges, An liberetur penitens ad obligationem ponendi penitentiam, quando non potest ponere circumstantiam iniunctam a Confessario. Regula enim desumenda est ex simile paritate voti. Sic *ibid.* Sanchez. Et breviter totum negotium colligerimus est ex intentione Confessarii imponentis penitentiam: Ita Delugo *paulo ante cit. n. 94.* Si enim ex conjecturis colliges ejus intentionem solum fuisse ad substantiam uperis etiam cessante circumstantia; sub hanc non potes, illam exhibere debes; secus, non item.

C A P V T III.

De commutatione pœnitentiæ.

§. I. An pœnitens sibi commutare possit pœnitentiam
à Confessario iniunctam.

15 **D**ico non posse ita Sanchez, Regim. Coninch.
Aliique quoscitat, sequiturque Delugo *disp. 25.*
E de

de penit. sect. 6. n. 76. quidquid dicat Portella & Diana citati ibidem ab eodem num. 95. Ratio est, tum quia nemo potest commutare præceptum Superioris, etiam in melius: v. g. non potest fidelis commutare auditionem Missæ die Festivo in opus quodlibet alià auditione excellentius; quia non est Superior: tum quia in casu nostro illud opus, quod à Confessario imponitur, elevatur virtute clavium, ad hoc, ut sit opus Sacramenti; non vero illud à te susceptum.

16 Dices. At est sententia probabilis, quod quilibet possit sibi commutare votum in opus æquale, vel saltem in melius. Respondeo. In voto ipse vovens est loco Superioris sibi legem voti imponens: & opus ex voto non debet elevari virtute clavium: quæ aliter se habent, in casu pœnitentiæ, ut dictum est.

§. II. *An alius Confessarius possit commutare pœnitentiam, audita Confessione.*

17. **P**otest esse difficultas, vel Primò de Confessore æquali, hoc est Confessore, qui valet absolvere eadem peccata, quæ potuit prior. Secundò de Confessore inferiori, hoc est, qui non valet absolvere eadem peccata, quia scilicet sunt reservata, quæ tamén potuit prior, quia erat vel Superior vel delegatus ad reservata.

18. Quoad Primum, Confessor secundus æqualis, si audiat eandem Confessionem; quam audit prior; potest commutare. vel minuere penitentiam. Ita Suar. *disp.* 28. *sect.* 2. *õ. 1. n. 4.* & communiter Recentiores. Ratio est; quia secundus Confessor succedit loco prioris; quare sicut prior poterat minuire Pœnitentiam a se datam sic poterit hic posterior.

19. Quoad secundum, licet probabilius sit cum Delugo *disp. 25 de pœnit. sect. 6. n. 105.* non posse, quia inferior non potest, propter limitationem absolvendi, quam habet, succedere loco Superioris: tamen, quia ablata reservatione per primam absolutionem, jam illa peccata non sunt ulterius reservata, potest dici quod jam inferior, respectu istius pœnitentis, habet sufficientem iurisdictionem, et consequenter, ex Vasquez, Henr. Navar. etitis a Delugo *ibid. n. 104.* poterit, audita Confessione, etiam & hic commutare vel minuire pœnitentiam.

§. III. *An possit alius Confessarius commutare pœ-
nitentiam, non audita Confessione?*

20. **C**ertum est ex Delugo *ibid.* n. 100. postea secundum Confessarium declarare primam poenitentiam non obligare, quando erat irrationabilis, vel, quando postea, casu aliquo, est irrationabilis reddita. Immo id poterit quilibet vir doctus deliberare: quia non est actus Iurisdictionis.

21. Difficultas igitur est, an quando alius Confessarius, sive Superior, sive iuxta paulo ante dicta, inferior, velit commutare, vel minere penitentiam, id debet semper facere, audita iterum Confessione peccatorum, pro quibus fuit imposita.

22. Dico : licet probabilis sit cum Vsq. Suar. Fil.
linc. Delugo, Fegundez, Coninch. Reginal. citatis ab
eodem Delugo *lie. cit.* n. 108. debere id facere, audita
iterum Confessione; tamen est etiam probabile posse,
non audita. Sic Navarrus, Toletus, Sà, Rodriguez
Valerus, alique; quos citat sequiturque Diana *parte 1.*
tr. 15 ref. 3. Ratio est, quia secundum Confessarius, cum
sit Medicus, & Iudex poenitentis; potest de tota simul
causa, iuxta præsentem poenitentis dispositionem, iu-
dicare, prout magis videbitur expedire. De tota autem
simul iudicat quando, nulla repetita Confessione, iudi-
cat nunc non expedire talem poenitentiam.

23. Ex quo sequitur, quod iustam ob causam, cum scilicet poenitens secundo Confessio dicit se vel non posse, vel difficulter posse poenitentiam explere; immo cum ipse Sacerdos adverit poenitentem non implevisse,

timétque non impleturum; posse prout magis
mino expedire ipsi videbitur, si non op aliam
certè ad facilitandum usum tanti Sacramenti,
re pœnitentiam.

24. Idque non solum intelligo de pœnitentiâ
Vindicativâ, hoc est satisfactivâ pro pœna à pœnitentiâ
debita; sed de Medicinâli, & præservativâ; ab
inde in aliam Medicinalem, prout prudentis alius
pediens videbitur, commutatio fiat. Ita Bonae
pœnit. disp. 3. q. 4. sect. 3. p. 1. n. 6.

Vnum hic addit Io. Valerius in *diff. vir. for. v.*
diff. 13. hoc est, posse eundem Confessorem con-
 pœnitentiam, etiam sine causa: quia sicuti fuit in
 arbitrio (intelligi rationabili) illam poneres in
 causam commutare; cum unaquæque res per eandem
 viam per quas nascitur, per eandem dissolvatur
 petitur commutatio ab alio Confessario, requiritur
 modo iam dicto.

§. IV. Quando computari poenitentia debet.

25. **S**uperest jam quærere quando fieri debet
commutatio : in ipsa secunda Confessione
ponit extra confessionem ?

In quo certum sit, eundem Confessarium potest
etiam a longinquum tempus: Ita Salas, quod
sequiturque; Delugo de pan. disp. 2, sec. 6, n. 11, et
Ratio est, quia talis commutatio, cum pertinet ad
iudicium eiusdem Confessoris; semper facit partem
præterita Confessione; atque adeo censetur utrumque
ad idem Sacramentum, & fieri intra illud: ut necesse
satisfactioe - quæ exhibita post longum tempus
unum cum præcedente Confessione.

26. De alio, seu seuundo Confessario ceterum non
posse extra Confessionem commutare penitentiam,
alio iniunctam. Sic Delugo de pen. disp. 24. §. 6. n. 1.
Ratio est, quia Sacerdos non est iudex, nec ullum
bet potestatem, nisi dum est in hoc tribunali: sed
modo censetur esse talis, nisi dum administrat Sa-
cramentum, ergo, &c.

27. Dices. At votum commutari potest, ratio-
tio à Censuris fieri item potest, extra Sacramentum.
Respondeo à posse quidem quia id dependet, ex
ibid. solum à potestate, quam habet summus Pontifex,
quæque aliquando communicat aliis: at commu-
tationis poenitentiaæ procedit ex potestate Sacramentali, et
estum est.

APPENDIX

AD METHODVM EXPEDITA

Confessionis P. Thomæ Tam-
burini, Societatis Iesu.

DE SIGILLO EIVSDEM,

Appendicem de Sigillo Confessionis Sacramenti
instituto, quam precedenti Confessionis meae
convenire, mihi per amice significavi R. P. Thomas Pen-
Affinitas apud R. P. N. Gener. Societ. Iesu, meorum
lucubrationum benemerentissimus Mæcenas. Examen
ejusmodi nutus pro iussionibus habeo.

C A P V T I.

Quid sit, & ex qua Confessione oriatur
Sigillum.

1. **S**igillum, de quo hîc agimus, est obligatio, quæ
quis obstringitur rem in Confessione Sacramentali
tali auditam alto silentio prorsus obvolvare, & quæ